



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorum Omnium Generalium Et Provincialium Collectio Regia**

Ab anno MCXVIII. ad annum MCLXXIX.

**Parisiis, 1644**

IX. Qui violento succedit possessori, velut ipse potest conueniri.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15588**

ALEXANDER P. III. LATERANENSE III. FRIDERICVS I. IMP. 629

ANNO CHRISTI 1179 dari, quoniam criminaliter aduersus eum agere non possit, cum ipsum constet eius inimicum existere.

C A P. VII. *Idem VVigorniensi episcopo.*

Abbas sancti \* Eadmundi, a quo R. lator praesentium patrimonium suum tenere dignoscitur, milites suos & burgenses ad domum praedicti R. misit, qui eum a domo & vniuersa possessione sua expellerent, nisi ecclesiam suam penitus abiuraret. Quod cum idem R. tali modo coactus fecisset abbas, praedictam ecclesiam alii concessit. Vnde, quia quae metu & vi facta fuerunt, de ratione iuris & ordine in irritum debent reuocari, fraternitati tuae, &c. quantum praedicto R. si ita constiterit, omnia cum integritate restituas.

C A P. VIII.

*Idem Cantuariensis archiepiscopo, & VVigorniensi episcopo.*

Præcipimus vt N. restitui faciatis ecclesiam, non obstante quantum ad restitutionem, si post electionem ei obiicitur, quod filius illius fuit personæ, qui in eadem ecclesia proximo ministravit, vel quod ab eo annuam pensionem acceperit.

C A P. IX.

*Idem VVigorniensi episcopo, & abbatii de sancto Albano.*

Quia VV. qui violenter dicebatur ecclesiam de N. ingressus, defunctus est, vt accepimus, & Nigellus in eadem ecclesia intrusus, volumus & præcipimus, vt secundum formam literarum inter ipsum & Patricium iudicetur ratione mediante, sicut inter eumdem & prefatum VV. si visueret, iudicaretur.

---

DE IVRAMENTO CALVMNIÆ.

PARS  
XXIII.

C A P. I.

*Item Honorius II. omnibus episcopis orientalibus.*

INHÆRENTES vestigiis praedecessorum nostrorum, dicentium grauiores per summum pontificem terminari debere quæstiones, nostrorum fratrum consilio diligen-

Kkk iii